



V, 82.

2.417a



CVRIAM
REGNITIANAM
NON, NVLLO, IVRE
HERMVNDVRORVM
COGNOMINANDAM
DISSERIT, XXXIII

ET, VT

D. XVIII. NOVEMBR. CIOCCCLXVII

H. L. Q. C

INDVSTRIAE, CVRIANARVM, MVSARVM
FAVENTES

SVO, SVFFRAGIO, ORNENT

MISSIONEM, FLAGITANTES

QVO, DECET, CVLTV

CORROGAT

PAVLLVS, DANIEL, LONGOLIVS

CVRIAE, REGNITIANAE

LITERIS, IOANNIS, ANDREAE, HETSCHELII

Penſum II.

AN FLVMEN SALE FECVNDVM?

Index dictorum.

- | | |
|--|-------------------------------------|
| §. I. <i>Saline fontes in flumine?</i> | §. V. <i>Salfusne?</i> |
| §. II. <i>Vel ad flumen?</i> | §. VI. <i>An ſole?</i> |
| §. III. <i>Immo iuſtum flumen?</i> | §. VII. <i>Quid ſal Germanicum?</i> |
| §. IIII. <i>Idque Sala?</i> | §. VIII. <i>Vnde ſalz?</i> |

§. I.

Salis fontes in ipſo flumine Salae dicuntur 1.) nati, ſcilicet ad declinandam ſuſpicionem, haud attendiſſe ad Corneliana 2.) *flumen annemque*. Factum autem id inuito eorumdem auctore, qui 3.) non *fontem ſale gignendo ſecundum* alicui *flumini* ſed ipſi *flumini annique* has egregias dotes tribuit. Et quis vniuerſarum gentium conſpexit *ſalis fontes* ſcaterere in *fluminis* alueo, vt non huius aqua dulci diluantur?

§. II.

Iſta 1.) igitur de *fontibus*, qui ad *flumina* ſunt, *gignendo ſale ſecundis*, vt ne plane videantur neglexiſſe ſtilum Cornelianum, fatius viſum plerisque omnibus vel vt vno agmine facto ad *fontes ſalis* ruentibus 2.) capere. Quanta autem vis inſertur tum Corneliano *flumini*, quod *gignendo ſale ſecundum*, atque *anni*, in quo *ſal* proueniat! Quo iure id tueantur? 3.) De iſtius modi enim, 4.) quod vi trahebant, *inter HERMVNDVROS* Cattoſque certatum magno proelio, *religione inſita*, eos maxime locos *propinquare caelo*, *preceſque mortalium a deis nuſquam propius audiri*.

§. III.

- | | |
|---|--|
| 1.) Grotnitio vertenti illa Corneliana
ex Annal. Lib. XIII. Cap. LVII. n. I. | 2.) Quorum nubem noſcendi ſi tanta cur-
pido, regredere ad huius Capitis III. |
| 2.) §. XI. ſuperioris Penſi comparata. | Señ. II. Interf. I. Part. II. N. I. |
| 3.) In illo loco, quem n. I. indicaui. | 3.) Repete §. XII. prioris Penſi dicta. |
| §. II. 1.) Taciti ſaepeius prolata. | 4.) Teſte Tacito illo. |

§. III.

An igitur 1.) *certamen* forte fuit de ea *scaturigine salsa*, cuius Agricola hisce meminit: 2.) „In Elbogano prope Schoenbachum palustris scaturigo perexigua de *sale* canescit aestiuo,, tempore. Quale *olim forte fluminis iusti* nomen potuit mereri.„ His iam olim se se qui obponeret, fuit. 3.) „Nollem, inquires, egomet prodigere tam leui coniectura fidem. Quae enim con-„ sequentia: In Elbogano 4.) perexigua palustris *scaturigo salsa*, Ergo,, forte olim iusti *fluminis* impleuit ibi nomen.„ Sed et pergit „quaerendo, vbi fuerit, aut hodieque sit in Elbogano tractu, praeter Egram atque Toeplam, *flumen* iusti nominis. Nec iste,, cum isthac via proficisceretur, 5.) in itu redituque obseruare po-„ tuit istic locorum eius modi *flumen salsum*, - - adeo vt ne qui-„ dem ab acidularis Egranis dependeat *fluuius salsus*.„ Ego vero ipse praeter illas aliquoties commeans adtigi pedibus ibi riuulum, qui salem sapit, cuius vestigia subinde in ripa relinquit, collectum ex acidularum fonte redundante, ita vt et vicinum solum tegeter ros glacialis ex sale euaporatus. 6.) Et cur non contingat, quod vi ignis effici Egrae saepius vidi? 7.) Me enim praesente ex eodem fonte fuit excoctus sal, quem robustioris naturae iungere solent aquae isti medicatae potandae, vt alius, si qua adstrictior, relaxetur. Neque tamen inde efficitur *flumen gignendo sale fecundum*, de quo HERMVNDVROS inter *Cartosque magno proelio* olim *certatum* fuit. Ab illo enim Catti fuerunt ad modum remoti, quin potius tum Marcomanni ibi egerint, 8.) quos Cartosque inter HERMVMDVRORVM terra. 9.)

A a a 2

§. IIII.

1.) Coniiciente Conringio in Disert. de Sale, Nitro et Alumine Thef. XIII.

2.) De Natur. Fosil. Lib. p. 584. Babilaeae anno 1657. prodeunte.

3.) Kirchmaierus in Disf. de Bello Proelioque de Salinis Cartos inter et Hermunduros suscepto olim §. VIII.

4.) In quo tamen non sed in Egran tractu tale quidpiam esse, recte monuit idem Kirchmaierus.

5.) Quando autem isthac via sit pro-

fectus, discas ex ipsius Kirchmaieri Institut. Metall. subiunctis Consil. Metall. p. 106.

6.) Quod et Experientissimus Starkmannus de Acid. Egranis Cap. III. §. XXXI. p. 72. testatur.

7.) Vt et hoc idem §. VIII. p. 57. seq.

8.) Quod discas ex Cap. III. Sect. I. Int. II. §. VII.

9.) Quod Interfectione proxima liquido adparebit.

§. III.

„Clamaueritne 1.) igitur, *flumen* hoc esse *Salam*, nomen ipsum aperte?, Scilicet 2.) *salz*, 3.) *solt* 4.) et *solt* 5.) Germanis atque Anglis idem est, 6.) quod Graecis *άλς*, 7.) Latinis 8.) *sal*. 9.) Hoc tamen 10.) ex ipso illo Graeco formatum. 11.) Sed dic, amabo te, diciturne flumen illud tuum *Salza*, 12.) quod tibi clamat esse *Salam*. Illud enim probaueris, qui hoc probasse videri velis. Quod si vero hoc verum; quo pacto ali-

bi

1.) Quae clamauerunt Chauerio in German. Antiq. Lib. III. Cap. V. modo si teretes aures habuit.

2.) Quae iste Philippus subiungit.

3.) De quo infra §. VIII.

4.) Vt et de eodem.

5.) Atque etiam de hoc.

6.) In quo consentiunt Chauerio Sagittarius in Hist. Marc. Soltvedel. §. XV. Kirchmaierus in illa Disp. n. 3. ad §. III. laudata eiusdemque §. I. Wachterus in Gl. German. v. *Salz* Tom. II. p. 1351. Becmannus in Descript. Hist. Marc. Brandenburg. Part. V. Lib. I. Cap. III. Sect. I. §. II. p. 3. feqq. Iungius de Iur. Salin. Cap. I. §. I. Engelbrechtius de Iur. Salin. Sect. I. §. II. Jaegerus de Emphyteusi Salinar. Sect. II. §. I.

7.) Vnde adpellatio *Halarum* vbertate *salis* nobilissimarum Althameri ad Facin. Germ. Cap. III. extr. Crusio in Annal. Sueu. Part. II. Lib. VII. Cap. V. Lipsio de Diua Virg. Halens. Cap. III. Barthio in Auerlar. Lib. III. Cap. VI. Bunemann in Barutin. Intelligend. anni 1758. N. XVI. p. 68. Engelbrechtio de Iur. Salinar. Sect. I. §. II. p. 5. Dreyhauptio de Pago Neletici et Nudzici Part. Spec. Sect. II. Cap. I. §. I. a quibus tamen disceserunt iam dudum Sagittarius Hist. Halens. §. II. Ludouicus de Reb. Halens. Cap. I. §. II.

et Kirchmaierus de Bello Proelioque de Salinis §. II. alius tamen alia via.

8.) A quibus nomen *Salz* prodixit ad Teutones censuit Lipsius et in Epist. ad Belgas Cent. III. Epist. XXXXIII. comitante Hachenbergio in German. Med. Disf. VII. §. III. p. 236. et de Diua Virg. Halens. a Perill. Dreyhauptio denuo productus. Pergas tamen ad §. VIII. huius Penfi.

9.) Mutato spiritu aspero Graecorum in voce *άλς* in *s*; quod vel exemplis in Gesneriano Thes. L. L. Tom. III. p. 267. conquisitis constat. Disident tamen hic quoque isti Diuumiri Kirchmaierus §. I. et Ludouicus n. 7. nominati.

10.) Vnde monstrante Oleario de Stilo N. T. Sect. Didact. Memb. III. Aphor. VIII. §. II. et in Khenferdii Syn. p. 100. *άλος*, ex quo Apoc. I. com. 16. *Σάλος*. Id autem ex Latio illuc transiit, cuius *Salam* pro *mari*, quia *salsum*, vel eius hospiti satis notum.

11.) Relegas Iungium de Iur. Salinar. Cap. I. §. I. p. 2. et Engelbrechtium de Iur. Salin. Sect. I. §. II. p. 4. feq.

12.) *Salzae* autem nomine insignitorum fluuiorum aliquot subinde occurrunt. Repete saltem in superioris Numeri Penfi I. §. III. prolata.

bi 13.) illud *Salae* nomen a *sale* 14.) petas? 15.) Sed non ita conueniebat 16.) inter priscos Latinorum Germanorumque, quorum quisque alterius linguam fastidiebat. Hinc quid absurdius, 17.) fluminibus Germaniae Latinam adpellationem vi inferre, iisque refragantibus adlinere?

§. V.

Et quinam *Salarum*, qui hac tenus innotuerunt, 1.) exferit *dotes salis*, vnde tamen adpellari eorum aliquot 2.) visum fuit? Sane Thuringicum se cum ferre *salem*, eamque ob causam minus inferuire potui ex hordeo coquendo, tantum abest, vt experimentis fuerit confirmatum, 3.) vt potius non semel inde hausta aqua praebuerit celiam dixerisue ceruisiam optimi faporis ne leuiter quidem falsi. Iam cum is *Salarum* qua qua verum fluens non minus ac alii vehit *aquam dulcem* 4.) nec vllibi *salem* notabilem; 5.) qui frat, vt iuxta eum ex ipso adhuc flumine maxime proueniant *salinae*? 6.) Quidam 7.) igitur a *turbida* hausta

A a a 3

13.) Lib. III. Cap. XXXXVIII. Antiq. German. quem ad modum etiam Lipsius ad Taciti Annal. Lib. XIII. Cap. LVII. n. 7. et longe post Eccardus Orig. Germ. Lib. I. §. XVII. p. 52. et §. XXVIII. p. 58.

14.) Secus sentiente post Kirchmaierum supra n. 3. ad §. III. euocatum Consultisf. Iungio de Iure Salinarum Cap. III. §. III. p. 97.

15.) Conferas superioris Numeri Pensio I. §. I.

16.) Quod caici in Orig. *Ανθρωποφ.* a vulgari crudelitatis crimine vindicatis Disp. I. §. X.

17.) Iam Albino in Chron. Terr. Misn. Tit. XXIII. p. 324.

§. V. 1.) Eos vero, qui hac tenus innotuerunt, enumeravi in superioris Numeri Pensio I.

2.) Wachtero in Gl. German. Tom. II. v. *Sala* p. 1343. atque Wendelino in Glosf. haud improbante Ludouico de Reb. Halens. Cap. I. §. II.

3.) Quod confirmatum vendidit Grosius de Fluuiis vulgo sic dicti Piniiferi p. 73. quem ad verbum descripserunt Pachhelbelius in Descript. Piniiferi Part. I. p. 35. et auctor Lex. Hydrogr. German. p. 498. operae autem in Geograph. Nou. Europ. Lib. VII. Cap. I. §. III. p. 20. seqq. deformaturunt.

4.) Qualem fietur Kirchmaierus in Bello Proelioque de Salinis Cattois inter et Hermunduros suscepto olim §. X. idque non ex relatione aliorum, sed ipse expertus in itinere, quod Wittenberga in Franconiam inuitatus fecerat.

5.) Vt Muldeneri verba ex eius Cattenburgi §. VII. transcribam.

6.) Quod tamen factum Spenero in Notit. German. Antiq. Lib. II. Cap. II. Obliernat. (7) ad §. XI. p. 77.

7.) Ex indicio Grosii, Pachhelbelii et D. in Lex. Hydrograph. German. atque Waehteri supra n. 2. et 3. iam nominatorum.

aqua, quae subinde *sal* 8.) audit, *Salae* nomen arcescere potius ducunt.

§. VI.

Est autem de *salinis* loquentibus scribentibusue nihil frequentius vocabulo *sole*. Hoccine vero fauente Lucina 1.) Latii *sal* dederit? 2.) Immo potius in ipsa Germania 3.) *sel*, *sol*, *sul*, *sale* aequae ac *sold*, *solt*, *so*. En natales nostratum *sōle*! Quid autem illa maioribus nostris valuerint? Consulentibus 4.) respondetur: *sal*. Quid, quaeso, tum *salzsole* aliud, quam *salz-salz* siue *salz-sulze*? 5.) nisi tibi persuadeas, 6.) in istius compositi *salzsole* priorem partem *sal concretum*, posteriorem vero *sal fluidum* denotare. Sane vulgo 7.) *sole* significat *aquam salisam* siue *salsuginem*.

§. VII.

Maiorum nostrorum lingua adfueti bene norant, *sal* esse vernam ex parente *a*, *aa*, *aha*, *ac*, *ach*, *acha*, 1.) vnde tot fluuiorum nomina, 2.) quae praeter *aquam* nihil signant, vt idem *sal*, 3.)

Quae

8.) Vti docuerint Mylii Archaeologus v. *Salu* in Leibnitii Collect. Etymolog. Part. II. p. 147. Schilteri Glosf. L. Teuton. v. *Salu* Frikiō edente p. 700. Wachteri Gl. German. v. *Sal* Tom. II. p. 1342.

§. VI. 1.) Laurentiana sane in Orig. Doring. p. 131.

2.) Ingenio enim suo, vt saepius, abundauerit Eccardus de Orig. German. Lib. I. §. XXVIII. p. 58, scribens: „*Solingo* Vifurgi vicino datum est nomen a *Sale*, quo praegnant est, ita velut *Salinarium*. „

3.) Cui ea accepta ferunt Schottelius de L. German. Lib. V. Tr. V. p. 1417. Wachterus in Gl. German. v. *Salz* p. 1351. et Ancherfenius de Solduriis Part. I. Sect. II. Cap. III. Art. I. et II. p. 18. seq.

4.) Eosdem Triumuiros.

5.) Quod est Lauii ad suum Aeneam Virgilianum p. 24.

6.) Vt sibi persuasit Wachterus Tom. I. p. 1351.

7.) Haud inuitis Kirchmaiero de Bell. Proel. de Salin. §. I. Hondorfio in Salin. Halens. Cap. I. §. II. Junkero in Introd. in Geogr. Med. Aeu. Part. II. Cap. II. Sect. I. p. 136. Wachtero p. 1537. Toelnero de Orthogr. Teuton. Cap. III. §. XVIII. p. 380. Ill. Grupenio in Orig. German. Tom. I. Obseru. I. §. V. p. 30.

§. VII. 1.) De quibus praeter eos, quos sinit ad Cap. III. Sect. II. Int. I. Part. I. §. III. n. 27. Morhofius de Ling. Teuton. Cap. VI. p. 106. et Junkerus in Introd. in Geogr. Med. Aeu. Part. II. Cap. II. p. 141.

2.) Quorum calculum posuit Schilteri Gl. Teuton. auctum a Frikiō p. 5.

3.) Quod probatum iuit Wachterus in Gl. German. Tom. II. p. 1344. et 1359.

4.) De quo satis in principio huius N. I.

Quae igitur concludendi vis 4.) a Teutonum *Sala* ad Latinorum *salē*? Eadem scilicet, quae a Latii *caldā* et Italiae *caldo* ad Germaniae *kalt*. Reliqua nostis.

§. VIII.

Antiquissimi nostrum amabant *salt*, 1.) cui addito sibilo 2.) fiebat *salts*, 3.) et *t* atque *f* coalescente in *z* 4.) *salz*. 5.) Iam quoties 6.) non *o* cum *a* commutatum fuit? Idcirco pro illo *salē* quorundam 7.) *solt* siue *fold*. *T* autem et *d* nec iam quidem in omnium ore differunt 8.) Hinc ex *o* transitus proximus 9.) in *u*, si huc ex illo *a* 10.) vocalae *salt* longior. Inde igitur 11.) *sulcia*, 12.) *sulte*, 13.) *sulza* 14.) *sulze*, 15.) *sulzica*. 16.) Parum autem

1.) Si fidem habeas iis, quorum nomenclator est n. 6. ad §. III. paullo ante.

2.) Quem in exitu vocum saepius nostratibus amari, exemplis multis, quae inter est nostrum *salz*, docuit Wachterus Gl. German. Prolegom. Sect. III. sub *Paragoce*.

3.) Sane in Cangiano Glosfario ad Script. Med. et Infim. Latin. v. *Sulcia* in illo exemplari, quod mihi ad manus, est *salts* pro vulgari *salz* typis descriptum.

4.) Quod post omnes fere linguae nostrae Grammaticos repetiit Wachterus Proleg. Sect. III. sub *Z*.

5.) En tibi! Germanica eius incunabula, quae vel nuperrime innotuerunt Iae-gero de Emphyteusi Salinaria Sect. II. §. I. p. 50.

6.) Quot enim exempla suggerunt Laurentius in Orig. Doring. p. 131. Schilteriani Glosfarii caput, Commentariorum nostrorum Brandenburgicorum Tom. VIII. Cap. II. §. XII. n. 21. p. 329. alii?

7.) Quos in scenam produxit praeter Ancherfenium n. 3. et Kirchmaierum n. 4. ad §. VI. excitatos Becmannus in

Descript. Hist. Marc. Brandenburg. Part. V. Lib. Cap. III. §. II. p. 3. seqq.

8.) Cui inter alia constat ex nostrorum Commentariorum Tom. VI. Cap. I. §. XIII. n. 19. p. 239.

9.) Quem monstravi in eiusdem Voluminis Cap. I. §. X. n. 72. p. 38. et §. XIII. n. 41. p. 244.

10.) Quem tamen quoque monstravit Wachterus Gl. German. Proleg. Sect. III. sub *A*.

11.) Quo facit idem linguae nostrae Aristarchus in Gl. Germ. Tom. II. p. 1351. et 1646.

12.) Capitularis de Villis Cap. XXXIII. et Helmoldi in Chron. Slatior. Lib. I. Cap. LXXVII. apud Cangium n. 3. euocatum, item Conradi II. Imp. in Buderii Collect. Varior. N. XX. p. 427. Conf. Tresenreuterus de Villis Francorum §. XXXIII. in subiunctis observationibus p. 48. Hinc petiit Sagittarius titulum suarum *Originum ac Incrementorum Sulciae Lunenburgensis*.

13.) Archaeologi Myliani v. *Sulito* in Leibnitii Collect. Etymol. Part. II. p. 160.

14.) Id e Glosa Monscenfi transit in

autem disfidere haec a se in vicem, partim ex eo, quod paullo ante 17.) de genitura literae z diseruimus, partim inde adparet, quod t et c prisci fere neque forma neque pronunciatione distinxerint, 18.) Denique si memineris, 19.) u quibusdam exprimi vt *ui*; non haerebis in *salze* 20.) et *salze*. 21.) Ex his nomen oppidi Mекlenburgensium in tractu Röstokiano *Sule*, *Sult*, *Sultz*, variant enim ora, item alius Thuringorum non longe a confluentibus Salae et Ilmae *Sulza*, 22.) quippe quorum vtrumque a multis seculis gauisum fuit *salis* prouentu. Inde regionis nomen prope Soltwedel Marcae Brandenburgicae veteris *Sulze*. 23.) Eadem origo gentis olim nobilis de *Sulze*. 24.) Ista autem cuncta sunt documento archaistimae cognationis 25.) cum illo 26.) Graecorum *Σαλς*, spiritu aspero in *sz* 27.) et *s* in *z* 28.) traiccto. Quis enim hac linguarum luce clarissima nefciat nostram Graecamque vno eodemque esse ortu?

Iam

- Glosfariūm Schilterianum h. v. p. 775. quo cum tamen comparanda Tresfenreuterana n. 12. indicata.
- 15.) Wachteri n. 11. nominati.
- 16.) De quo quidem legas in Cangiano Gl. ea voce: *Sulzica*, *sa salibus dicta*, quasi *salzica*, *i. salinum*.
- 17.) Sub initium huius §.
- 18.) Id adparuerit ex nostrorum Commentariorum Brandenburg. Vol. VI. Cap. I. §. X. n. 54. p. 32.
- 19.) Ex horum meorum Hermundurorum Cap. II. Sect. II. Int. II. Part. III. §. VI.
- 20.) Redeas eius causa adhuc semel ad Myllii Archaeologum n. 13. adpelatum.
- 21.) Ludouici de Reb. Halens. Cap. I. §. II. *Weberi* in Gr. Teuton. Lex. Grammatic. h. v. Hinc Engelbrechtii Commentationis de Iure *Salinarum* fons: vulgo *Sülzen*, *Saltzwerken*, atque *Macrini Ursprung*, *Gütche und Gerechtigkeiten der Edlen Sülzen zu Lüneburg*.
- 22.) Quod discas ex Willii Haligraphia Sulzensi et Buderii Collect. Varior. N. XX. p. 425. seqq. Sed et adi Kreifigianorum Analectorum Hist. Saxonice. Tom. I. p. 343. seqq.
- 23.) Cuius testis Becmannus in Hist. Descript. Marc. Brandenburg. Part. III. Cap. II. §. XVII. p. 610.
- 24.) Cuius mentio fit in Hondorfii Descript. Salin. Halens. Cap. XXX. §. XII. Menkenii Script. Rer. Saxon. Tom. I. p. 709. Kreifigii Spicileg. Hist. Saxon. Superior. Part. I. N. X. p. 170. Thuringia S. p. 365.
- 25.) Quam agnouit Ludouicus de Reb. Halens. Cap. I. §. I.
- 26.) De quo §. III.
- 27.) Quod docuerit n. 9. ad eundem §.
- 28.) Hoc autem Wachterus in Gl. German. Proleg. Sect. III. sub z et Frieschius ad Boedikeri Elem. Lingu. Teuton. Part. I. Sect. II. p. 23.

Iam autem monstrari et diciet volunt, hic est, qui flumen in omne aeuum redundante sapientia gignendo secundum Curiae, quantum e re eorum fuit, hauserant, quo nunc bona eorum, penes quos est, venia decedere, nostrum est publice testari.

GEORGII ERNESTI ABRAHAMI KEYSERI intererat, per integrum quinquennium hic potissimum discere, vbi mater optima olim patrios lares visitans enixa erat marem primogenitum. Nam aequae quondam Mineruae Curienti insigniter addictus Pater Praenobilissimus Christophorus Wilhelmus adfixus erat iam tum PRINCIPIS SERENISSIMI mandatis praeturaeque Neulinentis. Is saluti filii huius natu maioris et et minoris prouidentissimus voluit contineri vtrumque bonae indolis par sub oculis V. Cl. Ioannis Adami Hagenii Conrectoris Albertinofridericiani Eruditissimi, quo, quod scio, nullas nostrum vnuquam domesticae fidei curaeque, in quo cardo publicae doctrinae versatur, plures adolefcentes credi passus est. Quo igitur potius quam hoc vel vti altero Parente producente ad rostra scholastica primum escenderet? Haec felicitas contigit *de tonitru diuinæ maiestatis documento luculentissimo* carmine vernaculo cum commilitone colloquenti die serius, quo iam integro anno circumactis officiis erga alios ex iis, quae sibi quisque debet, *maiores impetum vindicabit* vernacula oratione, qua Latina quatuor abhinc mensibus docuerat haud incongrue, *vbi manu agitur, modestiam ac probitatem nomina superioris esse*, promptissime.

IOANNES MICHAEL KVNZELIVS ad suum Patrem Ioannem Wilhelmum Prichsenstadii in extremis finibus Franconiae Brandenburgicae haud ignobilem Mercatorem ad mercaturam bonarum artium huc ablegatus inanis haud redit, quin singulis annis in superiorem ordinem, vt merebatur, traduceretur, minime dedecorans et gymnasi perantiqui auctoritatem et eius magistros. In his plurimum debet Ioanni Kappio V. Cl. in Auunculi magni aedibus Aschae vicinae docenti egregie, qui ad spartam, quam iam nobis cum ornat coniunctissimus, transiens inde adolefcentem huc traxit. Quae demum calcaria addent oculi eius DOMINI CLEMENTISSIMI ac SERENISSIMI CHRISTIANI FRIDERICI CAROLI ALEXANDRI, sub quibus in Mineruo a SE munifice nutrito eodem discendi ardore absoluet, quae in Curiano bene coepit.

coepit? Hec testabuntur, ut quicumque sua bona norint, sermone domestico *exposita diluuii monumenta ex mari remotissimo in Franconia. Brandenburgica residua duritiae lapideae aliaeque literariae deliciae de patrias* quas adposuimus praelibandas earum auuidissimo.

FRIDERICVM TRAVGOTT WETTENGELIVM

Palladios. flauae latices libasæ Mineruae, immo pleno ore hausisse, testatur quisque, qui in subfelliis intentum os tenentem videbant ad doctoris praecepta, quae et calamo et animo meditabundus excipiebat sollertissime. Paratus igitur erat, quam primum ad argumentandum et disserendum nostros prouocaremus, qui non caeco obsequio, quo nihil acrius auersamur, iurabat in verba magistri. Nec facundia eum deserebat, qui suo Marte descendebat in arenam. Licetne antestari Vos, Patres Conscripti? Vidistisne, *vernali nullum anni tempus proderet summi Numinis sapientiam, item Musis neminem melius nosse sui Tutelam colere*, nunc Latine nunc Graece ostendentem? Si eorum obliuiscitis, eatis, quibus commodum est, *auditum in eos, qui mundo, quo fruimur sola summi Numinis gratia, non contenti meliorem anquirunt, incensum iustis de causis*, quas canet Teutonica Camena. Talia potuit intra duorum annorum spatium efficere exercitationis assiduitas cum religione, quae pio Dei cultu vitaeque integritate se se exerebat continuo et ad extremum vsque diem, praeclarissimeque maiora in Salana efficiet sanctissima disciplina? Tam alacriter presiste vestigia Fratris Nob. ante octo et, quod excurrit, annos discipuli nostri probissimi, vestigia Adfinis V. Pl. R. auditoris ante viginti quatuor annos lateri nostro adhaerentis pertinacissima industria, vestigia Parentis Ioannis Adami V. Praenobilissimi Generosissimae Zedwicensis gentis ab actis in hac quoque schola versantis cum laude adhuc superstiti.

Horum medio trademus in publico confessu Onoldsbacum dissertationem *de aliquot cruciferis numis, quos vulgus dicebat Hallenses sive Halleros, primitias symbolarum*, quas paucis abhinc diebus liberalissime inuitabamur, conferre ad *Delicias Numerorum Brandenburgicorum* proximo anno initium capturas, quarum folia singula singulis hebdomadibus accipere apud nos possunt, e quorum re erit, eius modi penitus nosse.

Yb 4473

1078

ULB Halle

3

006 302 904



20







CVRIAM
REGNITIANAM
NON, NVLLO, IVRE
HERMVNDVRORVM
COGNOMINANDAM
DISSERIT, XXXIII

ET, VT

D. XVIII. NOVEMBR. CIOCCCLXVII

H. L. Q. C

INDVSTRIAE, CVRIANARVM, MVSARVM
F A V E N T E S

SVO, SVFFRAGIO, ORNENT
MISSIONEM, FLAGITANTES

QVO, DECET, CVLTV

CORROGAT

PAVLLVS, DANIEL, LONGOLIVS

CVRIAE, REGNITIANAE

LITERIS, IOANNIS, ANDREAE, HETSCHELII